



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

III. Hyperduliae species, B. Mariae Deiparæ Virginis iconi frequenter,
reuerenter, amanter oscula libare.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

§. II.

Premium Hyperdulie

Fuit, quod ipse Berchmannus affir-
marit, nullà se vnquam acceptà repulsà
irritum petitiæ benevolentiae discessisse,
ex quo in eorum sese dederat clientelam

III.

HYPERDULIÆ SPECIES.

B. MARIÆ DEIPARÆ

Virginis iconi frequenter, reue-
renter, amanter, oscula libare.

§. I.

Oscula castaque oscula, pij castique amor-
ris symbola sunt, vt passim diuinus
significat sacrarum codex literarum. Sic
rebus, quas oppidò amamus (si per in-
olitum, sanctumque patriæ morem fas
sit) oscula libamus. Sic Isaac iam senior

Genes. 29. 13. Et 45. 14. Ocu-

Et 48. 10. Et 49. 34. Exod. 4. 27.

Luc. 15. 20. Act. 20. 37. Rom. 16. 16.

Oculisque caligans à filio iuniore Jacob
 primum petijt osculū, & accepit. Sic idem
 Jacob cognatæ Racheli pro solenni gen-
 tis more osculum libauit, Ita Laban fi-
 lios, & filias iam natu grandes, utpote
 patriarchæ Jacob nuptas osculatus est.
 Ad eundem quoque modum Esau cur-
 rens etiam obuiam fratri suo, amplexa-
 tus est eum, stringensque collum eius,
 & osculans, fleuit. Ita castissimus oni-
 romantes ille Ioseph, osculatus est om-
 nes fratres suos, & plorauit super singu-
 los. Et aliàs, ut expirasse iam patrem suū
 vidit, ruit super faciem eius flens & de-
 osculans eum. Sic Aaron obuiam Moyse
 germano fratri suo, Numinis iussu pro-
 gressus, osculatus est eum. Sic Moyse
 egressus in occursum Iethro soceri sui,
 osculatus est eum, salutaueruntque se

1. Cor. 16. 20.

E 5

(ver.

2. Cor. 13. 12. 1. Thes. 5. 26. 1. Pet. 5. 14.

Genes. 27. & 27. Oscula non semper in-
 casta, nec illicita, sed ex usu regionis li-
 cita. Genes. 33. 4. Genes. 45. & 15.

Exod. 4. & 27. Exod. 18. & 7.

(verba sunt Codicis diuini) mutuo ver-
bis pacificis. Ita Noëmi osculata est nu-
rus suas Orpham ac Ruth. Sic & Pro-
pheta Samuel osculatus est Saulem. Ita
Dauid & Ionathas in vicem osculari fle-
uerunt. Sic & Absalon cuius ad aulam
paternam ventitanti osculum defixit. Sic
Elisæus, antequam Eliæ vatis obsequio
se manciparet, patri matrique vale di-
cturus, osculum tulit. Ita Raguel iunio-
rem Tobiam generum suum, cum lacry-
mis, quas gaudium expresserat, est oscu-
latus, sicut & filiam Saram cum Tobia
iuniore peregrè pr- fecturam. Talia de-
nique oscula à superbo Pharisæo Domi-
nus ne quidquam desiderauit, talia suis
impressa pedibus à Magdalena suorum
ducta peccatorum pœnitundine, libenter
admisit. Itaque his atque id genus ex-
emplis edocti (nisi sit alius patriæ mos)

Ruth. 1. 9.

oscu-

1. Reg. 10. & 1. 1. Reg. 20. & 41.

1. Reg. 15. & 5. 3. Reg. 19. & 20.

Tob 7 & 6. & 10. & 11.

Vid. Tho. Sanchez, de Matrimo.

oscula non improbantur quæ vel rebus,
vel hominibus amatis figuntur.

Hinc & Berchmannus Virginis, re-
rumque ad eam pertinentium oppidò
diligens, oscula quæ libare nequijt Vir-
gini, virginis imagini piè sanctèque con-
sevit. Solebat arctè admodum (vt lo-
quitur Virgilius Ceparius, qui res ab eo
gestas literis consignavit) sæpiùsque o-
sculari imaginem B. MARIÆ infantu-
lum gerentis, parieti affixam; decies,
aut duodecies oscula reperebat conti-
nenter, magna oris arridentis hilari-
tate.

Virgil. Cepar. pag 158.

Videri possit Berchmannus cum ea
Deiparæ Virginis effigie fecisse perinde
ac S. Bernardinus Senensis adolescens
cum aliâ Virginis icone, quæ Senis
etiamnum in quadam oppidi porta re-
ligiosè seruatur.

Vid. Sur in eius Vit. 63

Pet. Reb. in Flor.

S. II.

Primum Hyperdulis premium

Fuit, quod Berchmannus, qui tanta pia, tam casta, tam liberaliter oscula Virginis iconi conseuit, plurima inde virtutum gargara messuit. Non est ingrata sui cultoribus B. MARIA Deipara; similis est terræ optimæ, quæ quidquid officij aut obsequij suis à Clientibus accipit, millesimo cum scœnore refundit. Nimirum & apud Dominum, & Dominam. Qui parcè seminat, parcè & metet. Et qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet. Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ.

Ab osculo quod Berchmannus iconi Virginis impressit, etiam incendium Berchmannicæ Charitatis auxit. Osculum enim quod est (vt diximus) amoris symbolum & argumentum, est & illius fomentum. Quid enim? Ergo ab osculo aspectuque Veneræ imaginis Ieno Terentianus ardeat, & Berchmannus

nus ab osculo aspectuque Virgineæ Marianaëque iconis congelascat? *Sape au-*
divi (inquit Sallustius ille Crispus Ro-
 manâ primus in historiâ) *Q. Maximum,*
P. Scipionem, præterea civitatis nostræ præ-
claros viros solitos ita dicere, cum maiorib
imagines intuerentur, Vehementissimum
animum sibi ad virtutem accendi. Scili-
 cet nouerant non ceram illam atque fi-
 guram, tantam vim in se habere, sed
 memoriâ rerum gestarum; eam flam-
 mam egregijs viris in pectore crescere,
 neque prius sedari, quam virtus eorum
 famam atque gloriam adæquarit. Ita
 Crispus, & verè. Nam sicut Veneræ
 imagines, igne venero, ita Virgineæ
 Marianaëque icones igne Mariano diui-
 noque hominum animos populantur.

Sallust. c. 4. Historiæ Jugurthinae.

§. III.

Alterum Hyperdulia præmium.

Fuit, quod ipsissima icon Mariana cui
 Berch-

Berchmannus pia tot oscula libavit, sacri pignoris ac Lipsani instar hodieque asseruetur, tanquam luculentum posteris Berchmannicæ in Virginem pietatis argumentum, futura etiam, cum IESUS id est salus, & MARIA Mater IESU quæ itidem SALVS INFIRMORVM auditu annuerint, infirmis remedium.

§. I V.

Tertium Hyperdulia premium

Est, quod qui Virginis imaginem tam crebris, piisque osculis veneratus est illius ipsius icon, in mappis passim pingatur, lignis insculpatur, aeri, cupro, reliquisque id genus metallis incidatur, incisa chartis imprimatur, impressa verum proponatur, proposita, emptaque osculis, floribus, sertis, monilibus, denique nullo ferè non honoris genere

(quod Dulia sinat, aut suadeat)

colatur.